UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: XXI. Errant itaq[ue] indulgentia[rum] Co[m]missarii/ ii/ qui dicunt per Pap[a]e indulge[n]tias/ homine[m] ab om[n]i poena solui & saluari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

¶ Quarta ratio. Capitulo cū ex eo: li: v. de pe: & remiſſ. dicit. ꝑ indulgētias ſatiſfactio pœnitētialis eneruatur, Hoc verbū licet ex dolore poti⁹, q̄ ex grā dicat Papa, tñ Canoniſte ſicut ſonat intelligunt, Ergo ſi ſatiſfactio eneruatur pñialis, patet, ꝙ non niſi pœna Canonica remittitur, Cū ſatiſfactio pñialis ſit nihil aliud, niſi tercia illa pars pñię eccleſiaſticę & ſacramētalis, Nam de ſatiſfactione euāgelica, nihil ad eccleſiā, vt ſupra.

Q̄ ſiquis mihi obſtet, Papā non negare: etiam alias pœnas eneruari: Sed affirmat dūtaxat, nec excluſiue loquit̄, dū dicit, Satiſfactio pñialis eneruatur. Rñdeo. proba ergo ꝙ & alias relaxat, & non excluſiue loquatur, qđ cū nō fœceris. Ego ꝓbo ꝙ excluſiue loquit̄ per. c. Cū ex eo, vt ſupra. Vbi dicit, ꝙ queſtores eleemoſynarꝝ, pręter id qđ in lr̄is eorꝝ continetur, nihil permittātur ꝓponere populo, Sed nihil continet̄ in vllis lr̄is Aplicis: ꝑter remiſſiones ſatiſfactionis ſacramētalis, ſicut ipſemet dicit Papa. Satiſfactio pñialis eneruatur per indulgentias indiſcretas & ſupfluas: Immo hoc v̄bo, adhuc rigidius Papa indulgētias reſtringit, Quia ſi ſupfluę indulgentię, ſolū eneruant ſatisfactionē ſacramentalē, ergo modeſtę & legitimę: nec ipſam ſatisfactionem pñialem eneruāt: multo minus cæteras vllas pœnas, Sed hęc ſunt non mei fori aut profeſſionis, Viderint Canoniſtę,

CON: XXI.

Errant itaqꝫ indulgentiarꝝ Cōmiſſarii/ii/qui dicunt per Papę indulgētias/hominē ab om̄i pœna ſolui & ſaluari,

Hanc om̄ino aſſero & probo.

Quia ſaltē relinquitur pœna tercia. i. Euāgelica: imo & quita puta Mors & ęgritudo: & in multis, illa oīm maxima pœnarū, ſcz horror mortis: tremor conſciētię: infirmitas fidei: puſillanimitas ſpūs: quas pœnas ſi cōpas ad remiſſas ꝑ indulgētias: ſicut ſi rem cū vmbra compares, erit compatio. Sed necꝫ mens Papę eſt: vt tam friuole & impune fabulentur: vt patet ex. c. Cū ex eo.

Q̄ ſi dixerint, nec nos dicimus has pœnas tolli per indulgētias. Rñdeo. Cur ergo populum non inſtruis, de cognitione pœnarꝝ: quas remittis, Sed oīno oēs remitti clamas, quaſcūqꝫ ꝓ peccatis ſuis luere deberet: corā deo & eccleſia? Q̄ nō popul⁹ per ſeipm̄ intelliget, qđ tā obſcure & large loqueris?